



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 113. Siburgense Monasterium & oppidum ab Hispanis occupatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

§. CXIII.

Sæc. XVII.

A. C. 1615.

*Siburgense Monasterium, & oppi-  
dum ab Hispanis occupatum.*

*Minus religiose servabantur pacis fœ- Merc. Gal-  
dera Xanti inter Neoburgensem & lob. tom. 10.  
Brandenburgicum Duces inita ; quam-  
vis enim Jacobus I. Angliae Rex nil in-  
tentatum relinqueret, ut Hispani hæc  
pacta rata haberent, nihilominus haud  
obscure deprehensum, quod Hispani ac  
præcipue Fæderati Ordines occupata  
loca, ac dictionis Juliacenfis urbes re-  
stituere cunctarentur, ac alter in alterum  
hujus tergiversationis culpam coniice-  
rent, et si ambæ partes scriptotenus de-  
clarassent, quod illas nonnisi tanquam  
rogati sequestres retinere vellent; Erat  
quoque in hisce regionibus Abbatia quæ-  
dam, Siburgensis dicta, quæ nondum  
præsidiario milite firmata erat; ne igi-  
tur Hispani eam sibi vendicarent, Bran-  
deburgicus Abbatem urgebat, ut se  
neutri parti adhæsurum declararet:  
cunctabatur ille aliquamdiu, alteru-  
trius partis violentiam veritus; tandem  
vero nuntio ad Henricum Montensem  
Comitem missio, Hispanos ad arripien-  
dam Monasterii oppidique possessionem  
accersebat. Hic igitur nulla mora cum  
exercitu trium millium equitum pedi-  
tumque accurrens, Hispanum præsi-  
dium*

Sæc. XVII. dium arci imposuit. Evidem Blan-  
A.C. 1615 quenburgenfis & Vindecensis Præfecti  
Hispanos inde eiicere nitebantur, ve-  
rum ambo a Neoburgico Principe ob  
violatam fidem exauktorati sunt, quos  
tamen Brandenburgicus denuo suis Præ-  
fecturis restituit. Paulopost Albertus  
Archidux ac Belgii Gubernator ad Fœ-  
deratos Ordines literas dabat, quibus  
se Xantensi pacto de copiis Juliaco abdu-  
cendis stare paratum declarabat: id qui-  
dem vicissim pollicebantur Ordines,  
mox tamen die secunda Julii suas Bran-  
deburgico copias junxerant, atque Al-  
tenam aliaque loca, totumque Marchen-  
sem & Friderico Nassovio ductore Ra-  
vensburgensem Comitatum occuparunt.  
Inde vero contigit, ut transactione  
Xantensi violata, Juliacensis Ductatus,  
cæteræque adjacentes Regiones ab ut-  
riusque partis militibus exhaustur,  
& subditi ad inopiam fere redigerentur;  
præterea Ordinum Fœderatorum mil-  
ites Coloniensem & Paderbornensem  
Diæcesin, perinde acsi hostilis esset re-  
gio, pecuniarum extorsionibus, rapi-  
nis & cædibus fæde devastarunt, sub-  
ditosque misere oppræsserunt non aliam  
ob caussam, nisi quod Catholicis, at-  
que Ecclesiasticis Principibus parerent.  
Monebat Coloniensis Elector Fœderatos  
Ordines, ut hosce milites revocarent,  
eos.

eosque in officio deinceps continerent, Sæc. XVII.  
 sed ei ab his responsum, quod in præ- A.C. 1615.  
 dones animadvertere, eosque editione  
 sua quoquo modo exturbare sibi met ipsi  
 integrum foret, probe autem prospice-  
 rent, quod si adversus hosce furibun-  
 dos arma caperet Elector, ceterorum  
 Protestantium arma in se concitaturus  
 esset. Eodem quoque anno Fæderato-  
 rum classis Georgio Spilbergo Archita-  
 lasso, Hispanam classem navali prælio  
 die decima septima Julii profligabat,  
 dissipatis quinque Hispanorum navibus,  
 ipsaque prætoria aquis hausta, unacum  
 Alvaresio, & militum quamplurimis:  
 Hoc tamen damnum compensatum vide-  
 tur felicitate, qua Lusitani hoc anno  
 Meliaporam Indiæ Orientalis urbem  
 unacum arce occuparunt, ejecto Regis  
 Bisnagæ præsidio.

### §. CXIV.

#### *Principum, ac Virorum Illustrium obitus.*

Inter Principes, qui hunc annum mor- Gramond.  
 tis necessitate sibi postremum habue- Hist. Gall.  
 re, erat Margarita e stirpe Valesia, Hen- l. 1. p. 78.  
 rici II. Galliæ Regis Filia, Henrici III.  
 Soror, & Henrico IV. donec ejus ma-  
 trimonii nexus pronuntiaretur irritus,  
 condux, partus tamen omnis expers:

Dum